

ANTOLOGIA DE TEXTOS POR GENEROS

1. ÉPICA

1.1. VIRGILIO, *Eneida* 2.41-48: El engaño del caballo de madera.

Laocoonte desconfía del caballo de madera y advierte a los Troyanos para que no lo acepten.

Texto latino:

Laocoön ardens summa decurrit ab arce,
et procul¹ "O miseri, quae tanta insania, cives?
Creditis avectos² hostes? Aut ulla putatis
dona carere³ dolis Danaum⁴? Sic notus⁵ Ulixes?
Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi,
[...] aut aliquis latet error; equo ne credite, Teucri".

Notas

- 1-. Sobreentiéndase *inquit* para introducir un estilo directo.
- 2-. Sobreentiéndase *avectos esse*.
- 3-. *careo* rige ablativo
- 4-. *Danaum* = *Danaorum*.
- 5-. Sobreentiéndase *notus est*.

1.2. VIRGILIO, *Eneida* 4.165-170. Amores de Dido y Eneas.

Dido y Eneas salen juntos a cazar. Estalla una tormenta y se refugian en la misma cueva. Allí se entregan al amor por vez primera. Ello será el origen de males futuros.

Texto latino:

Speluncam Dido dux et Troianus¹ eandem
deveniunt. Prima et Tellus² et pronuba Iuno
dant signum, fulsere³ ignes et conscius⁴ aether
conubiis summoque ulularunt⁵ vertice Nymphae.
Ille dies primus leti primusque⁶ malorum
causa fuit.

Notas

- 1-. Entiéndase *et dux Troianus*
- 2-. Entiéndase *et prima Tellus et pronuba Iuno*. *Tellus* o *Terra* es el nombre romano de Gea, la diosa Madre Tierra.
- 3-. *fulsere* = *fulserunt*
- 4-. *conscius* rige dativo
- 5-. *ulularunt* = *ululaverunt*.

6-. Sobreentiéndase *ille dies primus... leti (causa fuit)... (ille dies) primus... malorum causa fuit*.

1.3. OVIDIO, *Metamorphosis* 3.393-398. Eco y Narciso.

Eco, tras ser rechazada por Narciso, se retira a las cuevas del bosque y allí se abandona. El dolor y el insomnio extenúan su cuerpo, del que solo queda su voz.

Texto latino:

Spreta¹ latet silvis pudibundăque frondibus oră²
protegit et solīs ex illo³ vivit in antrīs⁴;
sed tamen haeret amor crescitque dolore repulsae:
et tenuant vigiles corpus miserabile curae,
adducitque⁵ cutem macies et in aera sucus
corporis omnis abit; vox tantum⁶ atque ossa supersunt:

Notas:

- 1-. *spreta* va referido al sujeto omitido, *Echo -us*, f., la ninfa enamorada de Narciso.
- 2-. *pudibunda... ora*, plural poético; *ora* = ‘rostro’
- 3-. *ex illo* : con valor temporal, "desde aquel (momento)".
- 4-. Entiéndase *in solis antris*.
- 5-. Aquí *adduco* tiene el sentido de ‘contraer’, ‘arrugar’.
- 6-. *tantum* (adv.) = ‘tan solo’.

1.4. OVIDIO, *Metamorphosis* 1.548-554. Metamorfosis de Dafne.

Dafne, perseguida por Apolo, acaba de suplicar ayuda a su padre Peneo. Poco a poco, su cuerpo se transforma en un árbol de laurel.

Texto latino

Vix prece finita, torpor gravis occupat artus:
molliă cinguntur tenui praecordiă libro;
in frondem crines¹, in ramos bracchia crescunt;
pes modo² tam velox pigris radicibus haeret.
Ora³ cacumen habet: remanet nitor unus in illa.
Hanc quoque Phoebus⁴ amat posităque in stipite dextrā
sentit adhuc trepidare novo sub cortice pectus.

Notas

- 1-. Sobreentiéndase *crines crescunt*.
- 2-. *modo*, adverbio de tiempo = ‘antes, anteriormente’
- 3-. *ora*, plural poético = ‘rostro’.
- 4-. *Phoebus* = Febo, sobrenombre de Apolo

2. LÍRICA

2.1. CATULO, *Poemas* 3.3-10. El pajarillo de Lesbia.

Catulo relata la muerte del pajarillo de Lesbia, al que esta amaba mucho.

Texto latino:

Passer mortuus est meae puellae,
passer, deliciae meae puellae,
quem plus illa oculis suis¹ amabat.
Nam mellitus erat suamque norat²
ipsam³ tam bene quam puella matrem,
nec sese⁴ a gremio illius movebat,
sed circumsiliens modo⁵ huc modo illuc
ad solam dominam usque pipiabat.

Notas

1-. *oculis suis*: ablativo comparativo.

2-. *norat* = *noverat*, 'conocía'.

3-. *suam... ipsam*: "su dueña"

4-. *sese* = *se*.

5-. *modo... modo...* valor distributivo: 'unas veces... otras'.

2.2. CATULO, *Poemas* 5. Llamada al amor.

Catulo invita a su amada Lesbia al disfrute de la vida y del amor, completamente ajenos al escándalo.

Texto latino:

Vivamus, mea Lesbia¹, atque amemus,
rumoresque senum severiorum
omnes unius aestimemus assis²!
Soles occidere et redire possunt:
nobis, cum semel occidit brevis lux,
nox est perpetua una dormienda³.
Da mi⁴ basia mille deinde centum,
dein mille altera, dein secunda centum,
deinde usque altera mille, deinde centum.

Notas

1-. Lesbia, -ae: Lesbia, sobrenombre de la amada de Catulo.

2-. *unius... assis*: genitivo de precio dependiendo de *aestimemus*: 'no nos importe un ápice'.

3-. *nobis... est... dormiendā*: perífrástica pasiva = ‘hemos de dormir’

4-. *mi* = *mihi*

2.3. HORACIO, *Epodos* 2.1-8. *Beatus ille*.

Elogio de la vida sencilla en el campo y vituperio de ocupaciones urbanas como el ejército, el comercio marítimo y la vida clientelar en Roma.

Texto latino

Beatus ille¹, qui procul negotiis,
ut prisca gens mortalium,
paterna rura bubus² exercet suis,
solutus³ omni faenore,
neque excitatur classico miles truci,
neque horret iratum mare,
forumque vitat et superba civium
potentiorum limina.

Notas:

1-. *beatus ille*: sobreentiéndase *beatus [est] ille*.

2-. *bubus*: forma de dativo y ablativo plural de *bos*, *bovis*.

3-. *solutus*: participio de *solvo* = ‘libre’

2.4. MARCIAL, *Epigramas* 2.7. El fanfarrón Átalo

Marcial critica a Átalo, que presume de hacer todo tipo de actividades. Sin embargo, las hace todas medianamente, con gracia, pero ninguna bien.

Texto latino:

Declamas belle, causas agis¹, Attale², belle:
historias bellas, carmina bella facis;
componis belle mimos, epigrammata belle.
Bellus grammaticus, bellus es astrologus,
et belle cantas et saltas, Attale, belle.
Bellus es arte lyrae, bellus es arte pilae.
Nil³ bene cum facias, facias tamen omnia belle:
vis dicam⁴ quid sis? Magnus es ardalio⁵.

Notas:

1-. *causas agis*: “ejerces como abogado”.

2-. *Attalus*, -i: Átalo.

3-. *nil* = *nihil*

4-. *vis dicam* = *vis ut dicam*

5-. *ardalio*: “mequetrefe”.

3. TEATRO

3.1. PLAUTO, *El soldado fanfarrón*, 58-66. Adulación a Pirgopolinices.

El parásito Artotrogo (ART.) adula a Pirgopolinices (PYRG.), el soldado fanfarrón, y exalta la admiración que este despierta entre las mujeres.

Texto latino:

ART. Amant te omnes mulieres [...]

PYRG. Quid eae dixerunt tibi?

ART. Rogitabant: "hicine¹ Achilles est?" inquit mihi.

"Immo eius frater" inquam "est". Ibi illarum altera:

"ergo mecastor pulcher est" inquit mihi

"et liberalis. Vide caesaries quam² decet.

Ne³ illae sunt fortunatae quae cum isto cubant".

PYRG. Itane⁴ aibant tandem?

Notas

- 1-. *hicine*: adición de la partícula interrogativa *-ne* al pronombre *hic*, *haec*, *hoc*, "¿acaso ...?"
- 2-. *quam*: adverbio interrogativo.
- 3-. *ne*: adverbio de afirmación prestado del griego (νή): 'en verdad'.
- 4-. *itane*: adición de la partícula interrogativa *-ne* al adverbio *ita*.

3.2. PLAUTO, *Anfitrión*, 107-113. Los amores de Júpiter.

En el prólogo de la comedia el dios Mercurio explica al público cómo Júpiter se enamoró de Alcmena y cómo esta ha quedado embarazada tanto de Júpiter como de Anfitrión, su esposo.

Texto latino:

"Is¹ amare occepit Alcumenam² clam virum

usuramque eius corporis cepit sibi,

et gravidam fecit is eam compressu suo.

Nunc Alcumena, ut rem teneatis rectius³,

utrimque est gravida, et ex viro et ex summo Iove.

Et meus pater nunc intus hīc⁴ cum illa cubat,

et, ob eam rem, haec nox est facta⁵ longior

Notas

- 1-. *is*: se refiere a Júpiter.
- 2-. *Alcumena*, *ae*: Alcmena, esposa de Anfitrión
- 3-. *rectius*: adverbio comparativo.
- 4-. *hīc*: adverbio (Mercurio señala una puerta de la escena).
- 5-. *est facta*: forma del tema de perfecto del verbo *fi*.

3.3. TERCENCIO, *Adelfos*, 88-93. Un impetuoso enamorado.

El anciano Demeas relata a su hermano Mición cómo su hijo adoptivo Esquino se ha llevado por la fuerza a la mujer que ama.

Texto latino:

DE. Fores effregit atque in aedes¹ inruit
alienas; ipsum dominum atque omnem familiam
mulcavit usque ad mortem; eripuit mulierem
quam amabat. Clamant omnes indignissime
factum esse² hoc. Advenienti mihi, quot³, Micio⁴,
dixere⁵! In ore est omni populo.

Notas:

- 1-. *aedes*, -ium, f. pl. : "casa".
- 2-. *factum esse*: forma del tema de perfecto de *fio*
- 3-. *quot*: pronombre exclamativo indeclinable.
- 4-. *Micio*, -nis: Mición
- 5-. *dixere* = *dixerunt*, su complemento es *hoc*.

3.4. SÉNECA, *Troyanas*, 1165-1171. Lamento de Hécuba.

La anciana viuda del rey Príamo, que ha perdido a su familia y a su patria, llora el destino que aguarda a las mujeres troyanas. Estas serán llevadas a Grecia como esclavas.

Texto latino:

HEC. Ite, ite, Danai, petite iam tuti domos;
optatā velīs mariā diffusīs secet
secura classis: concidit virgo ac puer¹;
bellum peractum est. Quo meas lacrimas feram?
Ubi hanc anilis expuam leti moram?
Natam an nepotem, coniugem an patriam fleam?
An omnia an me²? Sola mors votum meum³.

Notas:

- 1-. *Virgo ac puer* hacen referencia a Políxena y a Astianacte.
- 2-. Se sobreentiende *fleam*.
- 3-. Se sobreentiende *est*.

4. HISTORIOGRAFÍA

4.1. SALUSTIO, *Conjuración de Catilina* 6.1-3. Orígenes legendarios de Roma.

Roma surge de la unión de dos pueblos: aborígenes, antiguos habitantes del Lacio, y los refugiados venidos de Troya.

Urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere¹ atque habuere² initio Troiani, qui Aenea duce profugi sedibus incertis vagabantur; et cum his Aborigines, genus³ hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum. Ita brevi⁴ multitudo diversa atque vaga concordia civitas facta erat⁵.

Notas

1-. *condidere* = *condiderunt*.

2-. *habuere* = *habuerunt*.

3-. *genus ... agreste ... liberum atque solutum*: aposición de *Aborigines*

4-. *brevi*: adverbio.

5-. *facta erat*: forma del tema de perfecto del verbo *fit*

4.2. TITO LIVIO, *Desde la fundación de Roma* 1.58.1-2. Rapto de Lucrecia I

Sexto Tarquinio se presenta en Colatia en casa de Colatino, que se hallaba ausente en la guerra. Lucrecia, la esposa de este, lo acoge hospitalariamente. Tras la cena, Sexto amenaza a Lucrecia con intención de forzarla y de ultrajar así a Colatino.

Texto latino:

Sex. Tarquinius Collatiam vēnit. [...] Cum post cenam in hospitale cubiculum deductus esset, amore ardens, postquam satis tuta¹ circa sopitique omnes videbantur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam vēnit sinistraque manu mulieris pectore oppresso, "Tace, Lucretia," inquit; "Sex. Tarquinius sum; ferrum in manu est; moriere² si emiseris vocem"

Notas

1-. Sobreentiéndase *omnia videbantur*.

2-. *moriēre* = *moriēris*.

4.3. TITO LIVIO, *Desde la fundación de Roma* 1.58.6-7. Rapto de Lucrecia II

Lucrecia confiesa a sus parientes y a su esposo Colatino que ha sido violada. Después se suicida.

Texto latino:

Lucretiam sedentem maestam in cubiculo inveniunt¹. Adventu suorum² lacrimae obortae³ quaerentique viro "Satin⁴ salvē?, "Minime" inquit; "quid enim salvi⁵ est mulieri amissa pudicitia? Vestigia viri alieni, Collatine, in lecto sunt tuo; ceterum⁶ corpus est tantum⁷ violatum, animus insons⁸; mors testis erit" .

Notas:

- 1-. El sujeto omitido son los parientes de Lucrecia, a quienes esta acaba de convocar.
- 2-. *suorum*: hace referencia a dichos parientes.
- 3-. *obortae*: se sobreentiende el auxiliar *sunt*.
- 4-. *satin* forma resultante de la adición de la partícula interrogativa (*satis –ne*).
- 5-. *salvi*: genitivo partitivo.
- 6-. *ceterum*, aquí, partícula de coordinación: ‘por lo demás’.
- 7-. *tantum* (adv.) = ‘tan solo’.
- 8-. Sobreentiéndase *est*.

4.4. TITO LIVIO, *Desde la fundación de la ciudad* 21.4. Retrato de Aníbal.

Descripción de los vicios y virtudes del gran general cartaginés y enemigo de Roma durante la segunda guerra púnica.

Hannibal equitum peditumque idem¹ longe primus erat. Princeps in proelium ibat; ultimus, conserto proelio, excedebat. Has tantas viri virtutes ingentia vitia aequabant: inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, nihil sancti², nullus deorum metus, nullum ius iurandum³, nulla religio.

Notas:

- 1 -. *idem*, enfático, en referencia a *Hannibal*: ‘además’, ‘al mismo tiempo’.
- 2-. *veri*,... *sancti*: genitivos partitivos.
- 3-. *ius iurandum*: "juramento".

4.5. CÉSAR, *Guerra civil* 1.38.3-4. Campaña de Lérída (*Ilerda*)

Durante la guerra civil, dos legados de Pompeyo, llamados Petreyo y Afranio, reclutan tropas entre los pueblos hispanos y deciden hacer frente a César en las proximidades de Lérída.

His rebus constitutis, equites auxiliaque toti¹ Lusitaniae à Petreio²; Celtiberiae, Cantabris barbarisque omnibus, qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio imperantur³. Quibus⁴ coactis, celeriter Petreius ad Afranium pervenit constituuntque communi consilio bellum ad Ilerdam propter ipsius opportunitatem gerere.

Notas:

1-. *toti*: dativo del pronombre *totus -a -um*.

2. Sobreentiéndase *imperantur*, 'exigir a'.

3-. *imperantur*, 'exigir a', rige dativo; sobreentiéndase además *equites auxiliaque* como sujeto.

4-. *quibus*: relativo con valor demostrativo en relación a *equites auxiliaque*.

5. ORATORIA

5.1. CICERÓN, *Catilinarias* 1.2. Catilina en el senado

Catilina, que ha planeado dar un golpe de estado contra la república romana y asesinar al cónsul Cicerón, asiste al senado. Cicerón reprocha al senado su pasividad ante las agresiones de Catilina.

Texto latino:

O tempora, o mores! Senatus haec¹ intellegit, consul videt; hic tamen vivit. Vivit? Immo vero etiam in senatum venit, fit publici consilii particeps, notat et designat oculis ad caedem unumquemque² nostrum. Nos autem, fortes viri, satis facere rei publicae videmur si istius³ furorem ac tela vitemus.

Notas:

- 1-. *haec*, neutro plural en referencia al complot de Catilina.
- 2-. *unumquemque*: del pronombre indefinido *unusquisque*
- 3-. *istius*: se refiere a Catilina.

5.2. CICERÓN, *Catilinarias* 2.1. Catilina ha huido de Roma.

Tras la presión de Cicerón en la primera *Catilinaria*, Catilina ha abandonado la ciudad.

Texto latino:

Tandem aliquando, Quirites¹, L. Catilinam furem audacia, scelus anhelantem, pestem patriae nefarie molientem, vobis atque huic urbi ferro flammaque minitantem ex urbe vel eiecimus vel emisimus vel ipsum egredientem verbis prosecuti sumus. Abiit, excessit, evasit, erupit.

Notas:

- 1-. *Quirites*: apelativo propio de los ciudadanos romanos.

5.3. CICERÓN, *Catilinarias* 2.11. El enemigo interior de la república romana.

Roma no tiene nada que temer en política exterior; su verdadero enemigo son los seguidores de Catilina y sus depravadas costumbres.

Texto latino:

Nulla est enim natio quam pertimescamus, nullus rex¹ qui bellum populo Romano facere possit. Omnia sunt externa² unius³ virtute terra marique pacata; domesticum bellum manet, intus insidiae sunt, intus inclusum periculum est, intus est hostis. Cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere certandum est⁴.

Notas

1-. Sobreentiéndase el verbo *est*.

2-. Entiéndase *omnia externa... pacata sunt*.

3-. *unius*: hace referencia a Pompeyo y a su campaña contra los piratas en el Mediterráneo.

4-. *nobis... certandum est*: perifrastica pasiva, impersonal y con dativo agente = “*hemos de...*”

5.4. CICERÓN, *Catilinarias* 2.12. Catilina es declarado enemigo.

Cicerón recuerda sus vivencias del día anterior: cómo escapó de un atentado y denunció ante el Senado la conjuración de Catilina.

Texto latino:

Quin hesterno die, Quirites¹, cum domi meae paene interfectus essem, senatum in aedem Iovis Statoris² convocavi, rem omnem ad patres conscriptos³ detuli⁴. Quo⁵ cum Catilina venisset, quis eum senator appellavit, quis salutavit, quis denique ita aspexit ut⁶ perditum civem ac non potius ut inportunissimum hostem?

Notas:

1-. *Quirites*: Apelativo propio de los ciudadanos romanos.

2-. El templo de *Iupiter Stator* (‘el que detiene la huida’) estaba situado en el foro y era usado para reunir al senado.

3-. *patres conscriptos* = *senatores*: denominación dada a los senadores.

4-. Aquí *defero* con sentido de ‘denunciar’.

5-. *quo*: adverbio de dirección, en referencia al templo de Júpiter Stator

6-. Apréciase el valor comparativo en la secuencia *ita... ut... ac non potius ut*.

6. NOVELA

6.1. APULEYO, *El asno de oro*, 5.4. Cuento de Psique y Cupido I

Llega la noche y Psique, sola en su palacio, teme por su virginidad. A oscuras, sin conocer todavía a su esposo, Psique se enfrenta a su noche de bodas. Ella no sabe que aquel es el dios Cupido.

Texto latino:

Iamque propecta nocte clemens quidam sonus aures eius¹ accedit. Tunc virginitati suae pro tanta solitudine metuens², et pavet et horrescit³ [...]. Iamque aderat ignobilis maritus et torum inscenderat et uxorem sibi Psychen⁴ fecerat et ante lucis exortum propere discesserat.

Notas

- 1-. *eius*: se refiere a Psique.
- 2-. *metuo*, *-ui*: con valor intransitivo, rige dativo.
- 3-. *metuens...* *et pavet et horrescit*, el sujeto es *Psyche*.
- 4-. *Psychen*: acusativo 'griego' de *Psyche*.

6.2. APULEYO, *El asno de oro*, 5.23. Cuento de Psique y Cupido II

La curiosa Psique ilumina el cuerpo de su esposo y descubre que es Cupido. Se pincha con una de sus flechas y se enamora perdidamente de él. Pero absorta en la contemplación, deja caer una gota sobre el cuerpo de aquel.

Texto latino:

Sic ignara Psyche sponte in Amoris incidit amorem. Tunc magis magisque cupidine flagrans Cupidinis, prona in eum efflictim inhians, patulis ac petulantibus saviis¹ festinanter ingestis, de somni mensura metuebat. Sed dum [...] fluctuat², lucerna illa [...] evomuit stillam ferventis olei super umerum ei³ dexterum.

Notas

- 1-. *savium* = *suavium*, 'beso'.
- 2-. Sobreentiéndase como sujeto *Psyche*.
- 3-. *ei* en referencia a Cupido.

6.3. PETRONIO, *Satiricón*, 29. Cena de Trimalción I

El narrador y sus amigos han sido invitados a cenar a casa de un rico extravagante pero antiguo esclavo. Antes de llamar, se describen las pinturas que rodean la entrada: una advertencia sobre el perro y una estampa de Trimalción divinizado como Mercurio, dios de los negocios.

Texto latino:

Non longe ab ostiarii cella canis ingens, catena vinctus, in pariete erat pictus superque quadratā litterā scriptum¹ “CAVE CANEM.” Et collegae quidem mei riserunt; ego autem collecto spiritu non destiti² totum parietem persequi³. Erat autem venalicium⁴ cum titulis pictum et ipse Trimalchio capillatus caduceum tenebat Minervaque ducente Romam intrabat.

Notas

- 1-. Sobreentiéndase *erat*.
- 2-. Forma de perfecto de *desisto*.
- 3-. Infinitivo de *persequor*, aquí con el sentido de “recorrer con la mirada”.
- 4-. *venalicium*: mercado de esclavos.

6.4. PETRONIO, *Satiricón*, 71.9-11 Cena de Trimalción II

Trimalción da instrucciones a su liberto para la construcción de su mausoleo. Este contiene alusiones a sus expediciones comerciales marítimas, a su riqueza y generosidad y a sus seres queridos.

Texto latino:

Te rogo ut naves¹ etiam monumenti mei facias plenis velis euntes², et me in tribunali sedentem praetextatum³ cum anulis⁴ aureis quinque et nummos in publico de sacculo effundentem. Faciantur, si tibi videtur, et triclinia. [...] Ad dexteram meam pones statuam Fortunatae⁵ meae columbam tenentem, et catellam cingulo adligatam ducat⁶.

Notas

- 1-. Alusión a un viaje comercial, previamente narrado, en el que Trimalción se hizo rico.
- 2-. *euntes*, participio de presente de *eo, ire*.
- 3-. *Praetextatus* = con toga *praetexta*, propia de senadores. Trimalción finge una posición que su pasado servil niega.
- 4-. El anillo era distintivo de la clase censitaria superior o *equites*. Trimalción exagera de nuevo su riqueza.
- 5-. Fortunata era la esposa de Trimalción.
- 6-. Sobreentiéndase *Fortunata* como sujeto de *ducat*.